



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich**

**Herbipoli, 1680**

5. Paranesis ad Episcopos, ac Regulares exemptos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

rant; atque vel juxta Religiosi status  
sui à *relinquendo* dicti etymon, officia  
prædicta dimittere aut nunquam acce-  
ptare; vel annexam his obligationem  
subire teneantur.

¶ Ubi ut sensus meos clarè depro-  
mam, Candidè assevero, extrema utrin-  
que vitanda esse, & nec insultandum E-  
piscopis à Religiosis, qui ab illis non  
planè oblucentes ac inviti ad Ecclesia-  
sticorum ordinum gradum & publicas  
Clericorum functiones admissi sunt:  
nec è diverso, cùm Episcoporum quo-  
rundam socordia, vel ob adauctum gre-  
gem insufficientia, complures olim  
Monachos è solitaria quiete ad susti-  
nendum magna ex parte Episcopalis  
ministerii pondus evocârît, par esse, ut  
absque causa lamententur de eo Episco-  
pi & Ecclesiastici, quod Prædecessorum  
suorum vitio, aut cum ingenti saltem  
beneficio contigit, dummodo à Reli-  
giosis exemptis Episcopi pacificè frui  
sinantur Jure suo, quod per se liqui-  
dum

dum est, maximè post S. Tridentinam Synodum, & tot constitutiones Apostolicas, atque declarationes.

6. Criminentur nunc, si qui velint; & sive in Episcopale regimen, sive in Regularium statum, sive tandem in me utriusque vindicem amarulentæ virus turpiter evomant: mihi sanè illud præprimis curæ, ac veluti pro antidoto erit, ut quibuslibet Adversariis, juxta aureum S. Augustini & Regularis, & Episcopi monitum, non quidem convitiando (quod semper absit!) superior efficiar; sed salubrior errores vanasque nonnullorum soli vocum cortici ac nescio quibus formalitatibus inhærentium, persuasiones convincendo: ita tamen, ut universa, quæ scribam, S. Sedis Apostolicæ judicio demississimè subiecta profitear; & quemadmodum insentiendo sincerus ac liber sum, ita liberos atque sinceros hujus libelli censores desiderè, non carnales criminatores.

2, Alexan; ab Alex, 1, 3, die, genial.